

ILLVSTRIVM
MVLIERVVM,
ET ILLVSTRIVM
LITTERIS VIRORVM
ELOGIA,

A IVLIO CAESARE CAPACIO
Neapolitanæ vrbi à Secretis
conscripta.

Guil.

Godolphin



Edel Comiti majori del Arciducato.

NEAPOLI,



Apud Io. Iacobum Carlinum, & Con-
stantinum Vitalem. 1608.



ILLVSTRISS. DOMINO
D. BERNARDINO
E' BARIONOVO
 CVSANI MARCHIONI,
 IN SVPREMO CONSILIO
 REGENTI,



JVLIVS CAESAR CAPACIVS
Neapolitanae Urbi à Secretis S.



CVM totum me tuis lau-
 dibus, Illustrissime Mar-
 chio, effundere debui-
 sem, vastissimum Ocea-
 nū nactus, ingredi pro-
 fectò paruo meo lembo,
 posse animaduerti, sed quis, nisi merge-
 rer,



ILLVSTRIVM MVLIERVM
ELOGIA.

Heua.



ALVE mortalium generis prima pa-
rens Heua, quam summus rerum opi-
fex Deus ex hominis latere, Viragi-
nem excitavit. Eò quidem viro nobi-
lior, quò carnem ex qua sumpta es,
Damasceni agri coeno illustriorẽ exi-
stimamus. Sic ex CHRISTO in Cruce
dormiente æterna sibi initia Catholi-
corum Ecclesia comparavit. Nec ta-

I
SACRAE
MVLIERES.

men illo sopore vetus, novusq. Adam elanguit, sed tantum ro-
boris assumpserunt, vt suam os Heuam de suis ossibus primus di-
xerit, cum idem secundus de ossibus in campo dissipatis esset
dicturus, dum inuicta fortitudine, qui carne, mortalitatis opera
fuissent exuti, Resurrectionis immortalitatem essent consequu-
turi. Pulcherrima specie te decuit esse, quam non pigmentis te-
merè in tabula aspersis, sed diuinitatis coloribus, penicillis di-
gitorum in quibus venustas inest, & potentia, in bono obedi-
entia lumine collocatam, non Tymas aut Polygnotus, sed naturæ
omnium rerum principis auctor effinxit. Et licet te ream dixe-
rint, quòd per quem lucem aspexeris, luce privare conata, mor-
tem inter delicias intuleris; omnem tamen salutis procreatrix
MARIA, quæ ex te orta est, noxam abstulit, labemq. absterfit,
dum quæ tu maximo cum dedecore perdidisti, maximo cum ho-

HA

B

nore